



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

LI. Ad Hieron. Theophilus. Domino. Didici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

nena siluere. Nequequam amplius antiquus  
 pens sibilat, sed contortus & evisceratus in ce-  
 narum tenebris delitescens, solem clarum  
 non sustinet. Qui quidem super hac re, &  
 quam scriberes, ad Occidentem epistolas  
 ram, ex parte hæreticorum strophas meæ  
 hominibus indicans. Ex dispensatione De-  
 ſumpto, ut eo in tempore tu quoque ad  
 stasiam Papam scriberes, & nostram, dum  
 ras, sententiam roborares. Verum à te nunc  
 moniti, magis studium accommodabimus,  
 & procul simplices ab errore revocemus: ne  
 meamus subire odia quorundam. Nec enim  
 bemus hominibus placere, sed Deo: quæ  
 quam ardentius ab illis defendatur hæresis,  
 quam à nobis oppugnetur, simulque obsecro  
 si qua Synodica habes, ad me dirigas: quo  
 tanti Pontificis autoritate firmatus, liberius  
 confidentius pro Christo ora referare. Vin-  
 tius Presbyter ante biduum, quàm hanc ep-  
 lam darem, de urbe venit, & suppliciter te  
 tat, crebroque sermone concelebrat Romanam  
 totam Italiam, tuis post Christum epistolis libe-  
 tam. Annitere ergo Papa amantissime & beati-  
 me, & per omnem occasionem ad occidentem  
 Episcopos scribe, ut mala germina, acuta, ut  
 significas, succidere falce non cessent

Gal. 1.

Synodi ce-  
 stimonium  
 postula-  
 tur.

Ll. Theophylus Episcopus Hieronymo. Monast-  
 Theodorum de Monasterijs Nitria, de profligata  
 va secta, & de cavendis insidijs hæreticorum.

D Omino dilectissimo & amantissimo fra-  
 Hieronymo presbytero Theophylus Ep-

scopus. Didici quod & sanctitas tua noverit Theodorum monachum, ejusque studium comprobavi: quia cum à nobis Romam navigaturus exiret, noluit antè proficisci, nisi te & sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio, quasi sua viscera amplexaretur & inviseret. Quem cum susceperis, pro Ecclesie tranquillitate latere. Vidit enim cuncta Nitriæ monasteria, & referre potest continentiam & mansuetudinem monachorum: quomodo extinctis & fugatis Origenis sectatoribus pax Ecclesie reddita sit, & disciplina Domini conservetur. Atque utinam apud vos quoque deponerent hypocrisin, qui occultè dicuntur subruere veritatem. De quibus non benè sentientes in his regionibus fratres, hæc me scribere provocarunt. Quamobrem cavete & effugite hujusmodi homines, & juxta quod scriptum est, Si Quis non adfert ad vos Ecclesiasticam fidem, huic ne ave dixeritis. Quanquam ex superfluo faciam, hæc tibi scribere, qui errantes potes ab errore revocare: tamen nihil nocet & prudentes & eruditos viros pro sollicitudine fidei commoneri. Omnes fratres, qui tecum sunt, nomine meo salutare volo.

*LL. Epiphanius Episcopus Cyprici sancto Hieronymo. Commendatur hic studium Hieronymi & Theophylis in confutandis Origenistis.*

Domino amantissimo, filio ac fratri Hieronymo Epiphanius in Domino salutem. Generalis epistola, quæ ad omnes Catholicos scripta est

E

est